Quoniam postera die valedicens hostiario iter carpe cepisset hostiarius annuente domino post tergum eius ut reuertetur clamauit. Cuius reuersus fuisset ait ei. Nescis quid actum sit in hac ciuitate his diebus. Quo respondente nescio. ille processit rei a principio electionis enarrauit. et addidit. Ecce iam tercius dies est. ex quo letanias celebrant. Idcirco frater sustine paulisper. forsitan innotescet deus seruis suis. quem sibi ad honorem episcopatus elegerit. Potensque & tu ubi ambulaueris admirationem enarrare tante actionis. Qui voluntati eius annuens. ad ecclesiam cum eo venit. et nusquam potest incognitus. nisi cum eo ad ianuam stetit. Igitur episcopis pauimento inherentes. cunctisque populus orantibus & flentibus ac persone digne noticiam exposcentibus. Ecce columba ex instinctu dei transmissa. per inferam fenestram quasi lux immensa fulgebat. que ingressa volitare cepit per totam ecclesiam. more personam inuestigantis. Denique speculata sanctum enurcium inherens rem ianue. ilico super caput eius insedit. Ille vero manus suas extendens abigebat eam de vertice suo. hoc signum populis admirans. tanto amplius deum orare cepit ut illum spiritus mitteret quem per columbam ad manifestandum dei filium in capite eius descendit. Columba autem misterio impleto. vnde egressa fuerat. regressa est. Tunc facto leticie strepitu in populo. ceperunt inquirere quis ille esset. in cuius capite talis ostensio facta fuisset. Videntes autem sacerdotes ora vulgi variantia. Alii dicentibus hostiarium esse. alii vero alium. Denuo rogauerunt deum geminari sibi miraculum. Quod & factum est. Tunc preceperunt episcopi sanctum enurcium societati eorum & pari voto coram altari assistere. Cuius sciscitatus ab eis narrasset. vnde & quis & qua causa venisset. preceperunt ei vna cum eis ad orationem inclinare. & sub altario caput immicere. Illis autem orantibus. Ecce columba plausu ingenti alas recuties. ad locum ubi vir dei prius steterat deuolauit. et cum ibi non inuenisset. more explorantis coram omnium oculis. inuestigare viz perbatissimum cepit. Tunc episcopi adinuicem dixerunt. Adducamus etiam illos quorum electio totam ecclesiam vulnerauit. Cuius tres persone. id est sanctus enurcius & alij duo electi cum episcopis adunati fuissent. columba cepit sicut prius volitare circūcirca & super capita eorum lata nullius caput tetigit. nisi beati enurcij. ita ut omnis vnica voce clamaret. dignus est iustus est. fiat voluntas dei. **LXXXV.**

De igne extincto & thesauro inuento ab eo.

Transacta autem oratione eius annue. sario die. ciuitate igne caumali flagrante. ciues cucurrerunt ad eum clamantes. ut ubi succurreret. quo audito episcopus cito ad ecclesiam peruolauit. Illoque orante extincta est voracitas flammæ. Et quæ adhuc simpla erat ecclesia in qua cum po-

pulo dominum exorabat. Mit illis. Ecce dominus secundum misericordiam suam eripuit vos de ardētis flammæ incendio. Idcirco votiuam collationem facite. ut ampla reddantur spatia huic ecclesie. Et egressi unusquisque secundum modum facultatum suarum ad sanctum properauerunt edificium. Die ergo indicta tulit episcopus in manibus suis fossorium. & vexillo crucis facto cepit fodere. Iamque pene tres pedes foderat. & ecce obtulit se obtutibus illi olla clausa & bituminata. quam cum appuisset. inuenit thesaurum non minimum nexionis nota pulcherrime signatum. dispensatione dei ad fabricam ipsius ecclesie reuatum. Tunc gratias agens deo. vocauit archidiaconum suum dicens. Accipe hoc inuentum & defer in conspectu principis impantis. Non enim decet nos celare. maxime qui sumus propositi plebis. quo accepto ille romam profectus est & impatori presentat. Cui & thesaurum obtulit & de omnibus que in ciuitate aurelianensi gesta fuerant animum eius edocuit. Tunc denunciata subito per romanas regiones. dei miraculum in romano ciue ostensum. quod omnes vertit in gaudium. Iussit autem impator archidiacono omnia que detulerat restitui. & episcopo suo deferri. quoniam inquit prepatio est dei non nostri imperij. Volumus adhuc autem supra duplam dare pecuniam ad ecclesiam fabricandam quam iubemus. clxx. cubitis in longum extendi. & in latitudine cubitis. xlii. et in modum crucis fabricari. ad ministerium quoque eius offerimus lances auri purissimi. vii. & calices eiusdem metalli. vii. in quibus dum diuinum pagetur misterium nostre quoque memorie sit adiumentum. **LXXXVI.**

De duobus fratribus eius repletis & a captiuitate redemptis.

Accidit autem eodem tempore ut episcopus suessionice ciuitatis ad tumultum beatorum martirum crispini & crispiniani quadam die profectus dum se in oratione prostrauisset hominum voces audire testes et amici christi prestate nobis ante diem obitus nostri. fratrem nostrum enurcium subdiaconum videre & amplecti. tunc eleuatis episcopus oculis vidit personas in religiosa veste sacros tumulos ambiētes. quos cum vocasset. sciscitatus est ab eis qui essent. qui responderunt ciues romani sumus. tres quidem fratres eramus. & nos duo in potestatem hostium venimus. frater vero noster in urbe remansit. quem summo desiderio videre optamus. Nunc autem in huiusmodi religiofissime vidue sumus. Cognita ergo omnia episcopus per archidiaconum suum leone. beato enurcio episcopo aurelianensi scripsit. sicque omnipotens deus prestiterit ut in vno die duorum negotiorum ciuitas letaretur euenire. Hinc enim mansuetus archidiaconus cum imperialibus muneribus urbes ingredere. Illinc leo archidiaconus cum confirmatione inuentus fratrum episcopi deferret. Mititur ilico precium redemptionis & educunt de iugofernitatis. sicque fratres mutuo sibi preterati. et osculantes seinuicem complexi sunt. cum multo fletu gaudiorum. **LXXXVII.**

De fabrica basilice & miraculo in hostie sacre benedictione.

Quid pluram tanta celeritate edificat ecclesia. ut transactis tribus annis. v. non maius eius dedicatio fieret. sicut in mundo crucis inuente celebratio generalis. tunc causa reliquiarum diuersi in orbis pres missi sunt. qui omnes desiderium assecuti sunt. et ad urbem regressi deo gratias egerunt. Beatus autem enurcius et ceteri episcopi cum eo congregati prefas reliquias cum tremore et exultatione prouexerunt. inuitati episcopi deprecabantur pontificem ut ipse in primo altari hostiam domino immolaret.

propter votum proprium et senectutis atque ordinati
onis gradus. qui cum diu resisteret crebris eorum ex
hortationibus pulsatus obedientiam prebuit. Et ecce
in hora fractionis panis celestis. cum more sacerdoti-
ali hostiam manibus eleuatis deo benedicendam of-
ferret. Apparuit super caput eius manus splendida si-
cut nix. porrectis digitis tercio oblata benedicens
Sacrificijs rite pacis. quesitum ab his qui aderant
incipiens ab episcopis & pueniens usque ad nouissimi
plebis. verum aliquod miraculum dum missa celebraret vi-
dissent. Qui responderunt nullum. bandilius tamen sub-
diaconus hoc ipsum quod viderat miraculum ei narra-
uit. In populo etiam cum quesisset duo inuenti sunt. qui
fuerant tanti misterij digni videndi precipue. scilicet eleu-
sinus penitens. et prociata factimonialis. Quibus
ait episcopus. Beati estis vos quia caro & sanguis non reue-
lauit vobis. sed deus qui in celis est. Peragravit autem
visio miraculi omnem mundum. cuius odore pagani il-
lecti decurrebant ad precipiendam gratiam dei. et bap-
tizati sunt infra triduum. vii. milia fere paganorum. Per eum
dem quoque episcopus quotidie christi gloria. de sancta-
rum plenitudine splendebat. Nam surdis auditum
cecis visum. mutis loquelam. claudis gressum redde-
bat. **LXXXVIII.** ¶ **De obitu sancti enurcij.**

Quodam die fraternitatem vniuersam euocans
finem vite sue sibi reuelatum exposuit. sua
dens ut post transitum suum abbatem annianum
cuius vitam experientis cognouerant. sibi episcopus ordina-
rent. ne rursum sicut ante aduentum suum ore seditionis
sed dum quisque proximis aut amicis suis quereret opi-
tulari. ceperunt iteque presertim sibi aduersari. Tunc enim in
urbem maxima nobilitate florebat pro pago. tam in clero
quam in populo. Cumque tres essent pro quibus orta seditio
videret. Beatus enurcius hoc audiens. de consensu omnia
nomina trium singillatim indagauit. quod sub altari tota
nocte deliterare voluit. volens pro tali negotio consule-
re dominum. Igitur celebrante vigilie. missa pagane. inno-
cens puer adducit. pro quem dei reuelatio monstrat.
Qui ad extrahendas cartulas manu extendens cum
vnam ex eis tangeret. quasi propheta clamare cepit.
Annianus a. a. in hac ciuitate solus honore dignus
est episcopus. Tunc febicitat? episcopus corpore terre. et animam
deo reddidit. hoc tempore beati siluestri pape infulaz epi-
scopatus accepit. Et die dominica. vii. idus septem-
bris obiit sicut fuerat ei reuelatum. **LXXXIX.**

¶ **De lactantio & scriptis eius.** Ex libro hiero-
nimi de illustribus viris.

Hoc tempore floruit firmianus qui & lactanti-
us amobij discipulus. Hic sub diocletiana
no principe ascitus cum flauio grammatice.
Cuius de medicina libri versibus compositi extant. ni-
chomedie rethoricam docuit. ac penuria discipulorum
ob grecam videlicet ciuitatem ad scribendum se contulit.
Habens ei? symphosium quod adolescentulum scripsit
affrice. et adeo poricum de affrica usque ad nichomedi-
am ex ametrice scriptum versibus. Et alium librum qui gram-
maticus inscribitur. Et pulcherrimum de ira dei. Et in-
stitutionum diuinarum aduersus gentes libros. vii. de
psecutione libri unum. Ad primum epistolarum libros
iiii. Ad seuerum epistolarum libros. ii. ad demetrium au-
ditorem suum epistolarum libros duos. Et ad eundem
de opificio dei. vel formatore hominis. li. i. hic in extre-
ma senectute magister cesaris crispi filij constantini
in gallia fuit. Postea a patre interfectus est.

¶ **Actus.** Omnia opusculorum nichil apud nos repperi preter
vii. libros aduersus gentes. **XC.**

¶ **De eusebio cesariensi & scriptis eius.**

¶ **Hieronimus de illustribus viris.**

Floruit etiam tempore constantini eusebius cesaree
palestine episcopus. qui scripturis diuinis stu-
diosissimus. et bibliotece diuine cum pam-
philo martire diligentissimus puestigator. Edidit
infinita volumina. ex quibus sunt in esaiam. li. x. Contra
porphirium qui eodem tempore scribebat in sicilia ut qui-
dam putant. scripsit li. xxv. pro origene li. vi. Com-
mentarios eruditissimos in cl. psalmos. De vita
pamphili li. iiii. & de martiribus alia opuscula. Ec-
clesiastice historie li. x. Cronicoz canonum omnimoda
historia & multa alia. ¶ **Actus.** Ex libris historie
ecclesiastice & cronicoz eusebij multa in hoc opere
suis locis inserui. Scripsit enim cronicoz historiam
a primo anno abrahe usque ad annum domini. ccc. xliii
quam hieronimus ex greco in latinum transferens. vlti-
mus psecutus est usque ad annum domini. ccc. l. xxx. Ex
inde sigbertus gemblacensis monachus usque ad annum
domini. M. c. xiii. historiam quoque ecclesiasticam texiit
eusebius in libros. x. ab ascensione domini usque ad vi-
ctoziam constantini. Cum scilicet iam christiane religio-
nis fautor. verique dei venerator. nondum tamen bap-
tizatus pcessit ad bellum contra maxencium urbem rome
tirannum. ostenso ei celitus signo in quo vinceret.
Hos libros russum presbiter aquile et transtulit de
greco in latinum. quorum decim? quod paruum habebat
in rebus gestis. omnia que supralia videretur. si quod
habuit historie ix. libro coniunxit. et ipse duos libros
sequentes scilicet. x. & xi. scripsit. et addidit prose-
quens historia a tribus constantini post psecutionem
usque ad obitum theodosij augusti. Preterea idem
eusebius ut legitur pene omnium punitiaz passionum ma-
tirum. & episcoporum & pfectorum. et sacrarum virginum ac-
muliez in. xx. libris comprehendit. Deinde psecutus
ab apostolo petro omnium episcoporum & nomina & gesta
scripsit. et eorum urbium que arcem pontificat. per
apostolicas sedes tenent noscunt. id est rome. antio-
chie. hierosolime. ephesi. alexandrie preteritorum omnium
episcoporum nomina. usque ad tempus suum & gesta scri-
psit. Ex quorum numero vnus est sanctus siluester ro-
mane urbis episcopus. cuius vita nescio a quo ex
greco translata est. ptinens li. duos. Fere autem idem
eusebius nimirum fuisse in laudibus origenis. ¶ **Hiero-
nimus ad cromacium & heliodorum.** constantinus
augustus cum cesaream fuisset ingressus. et diceret
eiusdem urbis antistiti ut peteret aliqua beneficia ce-
sariensi ecclesie pfutura. Legit respondisse eusebi-
um episcopus omnibus suis ditata ecclesia nulla petendi
beneficia cesariensi ecclesie necessitate compelli-
sibi tantum desiderium immobile extitisse. ut quod
vbius in republica humana gestum est erga sanctos
dei iudices iudicibusque succedentes vniuerso orbi
romano sollicita psecutione monumeta publica
discutiendo pquirent. Et quis martirum. a quo iu-
dice. in qua punitia uel ciuitate. qua die. que pas-
sione pseuerantie sue obtinuerit palmam. De ipsis
archimis sublatam ipsi eusebio regio iussu dirigeret
Vnde factum est. ut ydonens relator existens. eccle-
siasticam historia pene omnium martirum texeret. **XCI.**

¶ **De sancto anthonio & bonis eius mitionis.**

¶ **Hieronimus de illustribus viris.**

Regnante autem constantino floruit an-
thonius monachus. cuius vitam athanasius
alexandrie episcopus insigni volumine psecutus
est. Hic misit egiptiace ad diuersa monasteria apo-
stolici sensus sermonisque epistolas. vii. que in gre-
cam linguam translate sunt quarum precipua est ad

arsenoras. floruit constantino & filijs eius regnantibus
¶ Athanasius. hic anthoni? in domo xpianorum
 parentu in egipto simpliciter enutritus. post eorum
 obitu in etate annorum. xx. quadam die ecclesia sic so-
 lebat ingressus est. & audiens legi illud euangelium.
Si vis perfectus esse etc. statim oia sua vendidit. &
 paupibus tribuens non longe a villa sua heremiticaz
 vita duxit. ibiq; tanta dyaboli inuidetis temptam
 ra occulta & apta sustinuit. ut nullus ambigeret.
 quin anthoni? contra dyabolum dimicaret. Na cum
 dyabolus ei in forma pueri nigri ante eu pstrat?
 se victu ofess? fuisset. eo q; anthonius spiritu for-
 nicationis. virtute fidei & abstinentie supasset. post
 modicu in quoda tumulto latitante. multitudi de-
 monu ita cede varia laceravit. q; minister eius d? vil-
 la veniens qsi mortuu ppijs humeris ad ville ho-
 spitiu deportavit. Quo audito puenit vicini. et
 cu post planctu funeris media ia nocte dormiret
 anthoni? subito reuiuiscens. vocato ministro fecit
 se in silentio ad cumulum reportari. ibiq; ex piori
 vulnere dolore pstratus. cu ex animi virtute ad co-
 flictu demones puocasset. & statim illis in varias
 feraz formas mutatis. ab eoz dentib? cornib? vn-
 guib? laceratus fuisset. subito radi? quidam lucis
 demones & tenebras effugavit. Statimq; sanatus
 xpm pntem intelligens dixit. **V**bi eras ihu bone
 vberas. qre a principio non affuisti. ut curares vul-
 nera mea. **E**t vox ad eu. **A**nthoni inquit hic eram
 sed expectaba videre certame tuu. **N**uc aut qz vi-
 siter dimicasti. in toto orbe te faciam notari.

XCI. **¶** De vita eius heremitica
Quoniam anthoni? annorum. xxxv. proficiscens in
 heremu discum argenteu in via reppit.
 & intelligens dolos dyaboli secum dixit
Vnde hic argenteus discus. ubi hoim vestigia nlla
 vident. **S**i em viatori cecidisset utiq; p sui magni
 tudine latere non posset. hoc dyabole artificiu tuuz
 est. sed voluntate mea non impedies. & hoc eo dice-
 te discus ut fum? euauit. **D**e hinc ingentem auri
 veri massa reppit. sed ille auz quasi incendiū fugi-
 ens ad monte usq; cucurrit. **I**biq; flumine trasua
 dato. in antro quoda p. xx. annos manens. concurre-
 tibz ad se multis miracula fecit. huic dyabol? ali-
 quando in tanta pceritate appuit. q; quasi capite
 celu tangens quereti quis esset. sathanā se esse re-
 spondit. **E**t addidit. **C**ur me sic frustra impuznat
 monachi. **C**ur michi oēs christiani maledicunt. **R**e-
 spondit anthonius. **I**uste quidem hoc faciunt. tuis
 em frequēter molestans insidias. **A**t ille. nichil ego
 facio. se ipi inter semuicē turbant. na ego nichil fa-
 ctus su christ? ubiq; regnat. ubiq; christi nomen
 pferat. **S**tatimq; anthoni? deo gratias reddidit
 & ille uelut fum? euauit. anthoni? aut tanti fer-
 uoris erat q; cu maximian? impator xpianos occi-
 deret. ipse martires secut? ut cu eis martir fieret
 sticibat. **E**t uehemēter tristabat. qz volēti pati pro
 christo martiriū nō dabat. **I**pse tñ a ofessorū vesti-
 gijs nō recessit. sed multis modis corp? afficiens
 & gloria miraculorū choruscās. ppter cautela glo-
 rie vane ad locū ignotiorē discessit. **V**bi cu diuer-
 sas demonū sustinisset insidias. rogat? a fratrib?
 ut eos inuisere dignaret. deficientibus sibi comiti-
 bus fonte oratione pduxit. & sic refectis socijs ad
 monachos q; se inuitauerāt let? venit. **XCIII.**
De visionibus eius diuinis ostēsis & eius obitu.

Quodam die hora. ix. ante cibū in sublime
 ab angelis raptus. cu demones trasicuz

phiberent. & oia eū peccata a natiuitatis exordio
 replicarent. sed in pbatione deficerēt. liber quid
 cum angelis ascēdit. sed statim in se rediēs. hoc rur-
 sum qd fuerat se inuenit. **A**lias aut cu fratres te si-
 tu aiarum quesisset. se quēti nocte vox anthonium
 vocauit dicēs. **S**urge exi & vide. et ecce vidit quē-
 dam longū & terribilē caput usq; ad nubes tolle-
 tem. qui quosdā pēnatos ad celū volare cupiētes.
 extensis manib? phibeat. & alios libere puolan-
 tes retinere nō poterat. & maximū gaudiū mixtū
 cū dolore nimio. a victis & victorib? anthonius
 audiebat. et intellexit animaz illū esse ofensū. &
 dyabolum phibentē q; sibi obnoxios retineret. &
 de sanctorū volatu quos retinere nō poterat. sic
 doleret. **A**liqñ etiā dū cū fratribz opareē. suspici-
 ens in celū cum tristē visionē vidisset. puolucus
 ante deū rogauit ut futurū scelus auerteret. **V**nde
 cunctis tremētibus q; astabat. rogabāt ut visionē
 exprimeret. singultu & lacrimis p̄peditus. dixit
 eis q; magnū nephās & inauditū seculis immineret
Vidi inquit altare dei. muloz circūdatum multitu-
 dine qui calcib? oīa dissipabāt. ac p hoc magna
 turbine fides catholica subuerteret. & hoīes iumen-
 tis similes christi sacra diripiēt. **H**ec est causa ge-
 mituū meoz. his auditis facta est vox dñi dicēns
Abominabit altare meū. **Q**d & factū est. **N**ā eti-
 am post duos annos erūpentib? arrianis ecclesia
 tante direptioni subiicit. ut pollutis oibus non
 solum virgines & matrone & ipsum baptisteriū
 polluerēt. sed etiā chāstiani. quasi oues iuxta alta-
 ria necarent. **Q**uidā arrian? nomine balacius dux
 egipti. cū ita ecclesiā infestaret ut virgines & mo-
 nachos nudatos publice verberaz. **S**ic ei scripsit
 anthoni?. **V**ideo irā dei venientē sup te. iā desine p-
 sequi chāstianos ne ira te occupet q; primum tibi
 minatur interitum. **L**egit infelix literas & risit. &
 eas execrās in terrā p̄cēt portitores quoq; mul-
 tis afficiens iniurijs. anthonio talia remandauit.
Quia tñ curas de monachis. ad te quoq; trasiet
 nostri disciplina rigoris. **S**ed ofestim mimatozem
 suppliciu sic oppssit. q; cum intra. v. dies cū alijs
 equū mitissimū equitaret. morsu equi sui in terrā
 decussus. corrosis & laceratis crunb? delatus ad
 urbem post triduū expirauit. **M**ulta quoq; & alia
 miracula anthoni? fecit & in discretionē spirituū
 gratiam magnā habēs tandem anno uite sue cen-
 tesimo quinto monēs & deosculās fratres suos in
 pace quieuit. **¶** Actoz. hec de gestis sanctorū illi-
 us epis inferuimus. **N**uc ad historiā constantini &
 helene redeamus **XCIII.**

¶ De inquisitione sancte crucis ab helena facta
 hierosolimis. **¶** Rufinus. x. li.

Deridem tempus helena diuinis admoni-
 ta uisionibus hierosolimā petiit atq; ibi
 locum in quo sacrosanctū corp? chāsti
 patibulo affixum pependerat ab incolis perquirere
 Qui idcirco ad inueniendū difficilis erat. qd ab
 antiquis p̄secutoribus simulacrū in eo ueneris fu-
 erat defixum. ut si q; xpianoz in eo loco xpm
 adorare uoluisset. uenerē videret adorare. & ob
 hoc infrequēs. et pene obliuioni dat? fuerat locus
¶ Ex historia inuentōis sancte crucis. **I**git? hele-
 na puocauit pitiores iudeoz. q; erant hierosolimis
 quasi de lege sua responsuros. **Q**uos cum multis
 verbis de cecitate arguisset. et ex dictis p̄betaruz
 fidem chāsti pbasset ait iterum. adhuc euntes eli-
 gite meliores & doctiores. **Q**ui cum irent inter se

dicebant. Pro qua causa putatis hunc laborem facere nobis regina. **V**nus autem ex eis iudas nomine dixit. Scio quia questionem vult facere ligni in quo hic sum suspenderit patres nostri. Nam pater meus simeon cum moreret annunciauit michi dicens. Vide fili cum inquisitio facta fuerit ligni in quo damnauerunt messiam qui ante nos fuerunt manifesta illud antequam crucieris. **I**am enim hebreorum gens amplius non regnabit. sed regnum eorum erit qui crucifixum adorant. Ipse autem regnabit in secula seculorum quia ipse est christus filius dei viui. **C**eteri autem dixerunt. Nos talia nunquam audiimus usque hodie. **S**i ergo inquisitio facta fuerit de ligno crucis vide ne ostendas. **V**ocati ergo a regina & seculi tati. cum nichil verum vellent dicere iussi sunt omnes in ignem traditi. **Q**ui cum timuissent tradiderunt ei iudam dicentes. **H**ic est vir iusti prophete filius qui nouit legem cum actibus. **Q**ue vocans helena dixit. **E**lige quod vis vitare an mortem. si vis viuere in terra & in celis. dicit michi ubi est absconditum lignum dominice crucis. **L**ocum non noui inquit iudas. quia nec ibi eram quando crucifixus est. **B**eata helena dixit. **P**er crucifixum fame te interficiam nisi dixeris michi veritatem. **I**ussit ergo eum mitti in lacum siccum usque in vii. dies sine cibo manentem. **Q**uibus tractis clamauit iudas de lacu dicens. obsecro vos educite me et ego ostendam vobis christi crucem. **XCV.**

De inuentione eiusdem ac diuisione.
Quoniam eductus prexisset ad locum ubi iacebat crux. leuauit vocem ad deum & ait. **D**omine deus si voluntas tua est ignare filium marie qui missus est a te. nisi enim fuisset ex te non tantas virtutes fecisset. nec enim a mortuis suscitasset. fac nobis propitiu hoc. ut sicut ostendisti ossa patris nostri ioseph. ita nunc nobis ostendas thesaurum istum faciens ex eodem loco fumum odoris suauitatis ascendere. ut ego credam in crucifixum. quia ipse est rex israel nunc & in secula seculorum. statimque promotus est locus. et multitudo fumi aromatici ascendit de loco. ita ut admiratus iudas plausibus manibus diceret. **I**n veritate tu christus es saluator mundi gratias ago tibi domine qui cum indignus sum non me fraudasti gratia tua. **T**unc accipiens fossorium. percussit se & cepit viriliter fodere. **C**umque fodisset passus. xx. inuenit tres cruces absconditas quas attulit in ciuitatem. **I**nterrogabat helena que esset crux christi. sciebat enim aliquis esse latronum. qui cum eo fuerant crucifixi. **P**onens igitur eas in media ciuitate expectabant gloriam. **E**t circa horam nonam ferebant mortuum in grabato. **I**udas autem gaudio repletus. posuit duas cruces super eum & non surrexit. **I**mposita autem tertia cruce dominica. statim surrexit. **O**mnesque qui aderant glorificabant deum. **S**ed omnium bonorum semper inuidus dyabolus cum furore vociferabatur in aere dicens. **O** hiesu nazarene omnes traxisti ad te. **E**t ego qui prius pro iudam traditionem feci nunc per iudam eius. **T**unc beata helena preciosam crucem in loculo argenteo collocauit. & ecclesiam in ipso caluarie loco construxit. demandans omnibus christicolis. diem in qua inuenta est sancta crux celebrare. v. non. maij. **R**ufinus in historia ecclesiastica. x. lib. 20. **T**unc regina voti sui compos effecta templum mirificum in eo loco in quo crucem reppererat regia ambitione destruxit. **C**lauos quoque quibus corpus domini crucis fuerat affixum portat ad filium. ex quibus ille frenos composuit quibus utebatur ad bellum. & ex alijs galeam bellicis visibus aptam ferre armasse. **L**igni

vero ipsius salutaris partem detulit filio. partem vero thecis argenteis conditam dereliquit in loco que etiam nunc ad memoriam sollicita veneratone seruatur. **XCVI.** **D**e frumentio & edificatio pueris in india captiuatis. **R**ufinus ubi supra. **I**n ea diuisione orbis terre. que ad predicandum verbum dei. forte per apostolos celebrata est. thome perthia & matheo ethiopia. eiusque adherens ceterorum india bartholomeo dicitur forte decreta. inter quam perthiaque media sed longo interior tractu india vltior iacet. multis variisque linguis & gentibus habitata. **Q**ua velut longe remota. nullus apostolice predicationis vomer impulerat. que cum temporibus constantini. tali quadam ex causa semina fidei prima suscepit. metrodorus quidam presbiter inspiciendo locorum. & orbis perscrutandi gratia vltioris dicitur indiam penetrasse. **C**uius exemplo imitatus etiam metropius quidam tunc presbiter. simili ex causa adire indiam voluit habens secum duos pueros quos literis sibi propinquos imbuebat. quorum iunior edificus. alter frumentius vocabatur. **M**oris autem est urbi barbarorum ut si quando fedus sibi cum romanis turbatum uicine nunciauerunt gentes. omnes qui apud eos ex romanis inuenti fuerint iugularent. **I**nuaditur nauis perhi. cuncti cum ipso pater puniuntur. pueruli reperi sub arborum meditantes. et lectiones suas parantes. barbarorum miseratione seruati ducuntur ad regem. horum ille alterum id est edificum sibi pericernam fecit. frumentio vero quem quasi perspicacem deprehenderat. et prudentem rationes suas scripsit atque commisit. ex quo & in honore magno apud regem habitus sunt & amore. **XCVII.**

De uersione indorum per frumentium & hiberorum per quandam captiuam. **U**bi supra.
At vero moriens rex uxorem cum puulo filio regni reliquit heredem. **A**dolecentibus autem quid uellent agendi dedit liberam facultatem. quos tamen regina suppliciter exorat. tanquam que nichil haberet in toto regno fidelius ut secum usquequo adolesceret filius regendi regni sollicitudinem perirentur. **E**t precipue frumentio cuius prudentia ad moderandum sufficeret regnum. **N**am alius fidem puram & sobriam mentem simpliciter exhibebat. **I**demque dum agerent. et regni gubernacula frumentio haberet in manibus. deo mentem eius et animos instigante. requirere sollicitus cepit. si qui inter negotiatores romanos christiani essent. et ipsis potestatem maximam dare ac monere. ut conuenticula per loca singula facerent. atque romano ritu orationis causa confluerent. **E**t ipse multo magis eadem facere. et ita ceteros exhortari fauore et beneficij. inuitare. prestare quicquid oportuum fuisset loca de edificijs aliisque necessaria prestare et omni modo gestare. ut christianorum imbi semen exurgeret. sed cum adoleuisset regius puer. qui procuracionem regni gerebant. expletis omnibus et ex fide traditis. multum licet detinentibus et rogantibus ut manerent regina et filio. ad orbem tamen nostrum denuo reuertuntur. **E**t edificus festinante tunc parentes propinquos reuifere. frumentius alexandriam pergit. dicens equum non esse occultare opus dominicum. **I**gitur rem omnem ut gesta est exposuit episcopo. ac monet ut prouideat uirum aliquem dignum. quem congregatis iam plurimis christi anis et ecclesijs constructis in barbarico solo episcopum mittat. **T**unc athanasius qui nuper sacerdotium susceperat in consilio sacerdotum frumentium

ipsum tanq̄ spiritu dei plenum attentius confide-
rans. ei sacerdotium tradidit. eūq; redire cum do-
mini gratia vnde venerat iussit. Qui cum episco-
pus perrexit ad idiam. tanta ei data esse a deo vir-
tutum gratia dicitur. ut signa per eū apostolica fi-
erent. & infinitus barbaroz numerus ad fidē cō-
uerteretur. hec nos ab ipso edisio tiri presbitero
postmodū factō. qui frumenci comes fuerat di-
dicimus. Per idem tempus etiā hiberozū gens cō-
uersa est. p̄ quandā captiuā christianā apud eos re-
pertam. Apud quos moris est. ut si paruul⁹ egro-
tat. circūferatur a matre p̄ singulas domos. si qd̄
forte remedium in aliqua domo possit inuenire.
Cunq; mulier quedā paruulum suū per omēs cir-
cumtulisset. Tandem venit ad captiuam que sola
oratione illū sanauit. Qd̄ peruenit ad reginā. quā
similiter egrotantē sanauit. Rex autē quadā die
dum veniret oberrans solus in locis obscurissi-
mis ait. Si vere deus est christus ille quem vxo-
ri mee predicatē captiuā. Nunc me de tenebris istis li-
beret. & ipsum cū omnibus michi subiectis colam.
Qd̄ ita factū est. In ecclesia vero noua faciēda
columnam que nullis viribus erigi poterat ipsa
captiuā sola oratione erexit. & in locum suū con-
stituit. **XCVIII.** **De reuocatōe**

arij ab exilio & eius fallacia. Vbi supra.

Postq̄ autē helena ex hac luce discessit.
constancia tunc licinij derelicta fratris
augusti solacijs vtebatur. Huic accidit p̄-
sbiterum quendā venire in noticiam latenter par-
tibus arii fauentē. Sed is primo nichil omnino de
his apud sororem principis voluit apire. Vbi vō
multa familiaritas copiā tribuit. paulatim sermo-
nem cepit aspergere. Inuidiam dicens arii gene-
ratam. & pro similitudinibus priuatis episcopum su-
um rē contentiose exagitasse. emulationis stimulo
confixū. q̄ arius apud plebem satis carus habere-
tur. Hec atq; huiusmodi alia. frequentius sugge-
rens animos constantie sues efficit. Que cum die
obicura vilitaretur a fratre. atq; ab eo blande reli-
gioseq; compellaretur. extremā dicitur ab eo gra-
tiam poposcisse. ut p̄sbiterū in familiaritate reci-
peret. & que sibi ab eo pro spe & salute suggerere-
tur audiret. Se quidē iam ex luce discedentem ni-
hil curare. pro fratris vero statu esse sollicitam ne
forte pro innocentiū penis regni sui pateretur ex-
cidium. Quibus ille monitis a sorore susceptis. et
fidelē pro se germane sollicitudinē credēs. accom-
modauit aurē presbitero. interim & accersit de ex-
ilio arium iubet. Ut quēadmodū de fide sentiret
exponeret. Tum ille fidē conscripsit. que non qui-
dem sensū nostrum. tamē verba nostra continere
professionēq; videretur. miratus quidē est impa-
tor. & putauit vnam eadēq; in ipsius & concilij
dudū gesti expositione sententiā contineri. tamen
in nullo relaxat animi vigorē. sed rursus eum ad
concilij remittit examē. quoniā ad dedicationē hie-
rosolimozū. ex omni orbe conuenire sacerdotes inui-
tabantur. & facile quidē receptus est a fautoribus
suis. sed ubi alexandriā prexit. ibi omne ei⁹ inceptū
frustratum est. quia dolis apud ignorantes locus
est. scientibus vero dolū intēdere. nichil est aliud
q̄ risū mouere. Interea dū hec apud alexandriam
frustra agitantur. Venerabilis augustus in subur-
bana villa nichomedie. xxxi. impij sui anno defun-
ctus est. Libris de successionē romani orbis tes-
tamento hereditibus scriptis. Quo in tēpore quan-

doquidē constātius cui orietis regnū deceuerat
presēs non erat dicitur secreto accersis presbite-
rum quē a sorore cōmendatū supra diximus. & ex
inde familiariter habitū tradidisse ei testamentum
quod scripserat. & obtestatur sub sacramento ne
vlli nisi constantio cū venisset in manus traderet.
Cui etiā q̄ eunuchi qui erant in palatio fauebāt az-
te iudicio de impatoris morte suppresso vsq; ad cō-
stantij imperatoris presentīā. multis noua tēptan-
tibus oppressis restitute integreq; mansere. Cum
vero constantius affuisset depositum presbiter re-
stituit. Cui⁹ bñficij gratia impator regni cupidus
ita ei deuinctus est. ut qui impare cūctis ambiret
ab illo sibi impari equanimiter pateretur. Ex quo
deuincto sibi impatore. cepit de arii restitutione
suggerere. & nolentes acquiescere sacerdotes ut
cozeret psuadere. **XCIX.**

De sancto inuentio confessoze.
Ex gestis eius.

Eo tpe floruit sanctus inuentio. qui quō-
dam iuuenis samaritan⁹. paganis penci-
bus ortus. in christū credidit ad p̄dicati-
onem beati gregozij cū apud antiochiā predicaret.
Postea vō p̄ grad⁹ ozonim ascēdens usq; ad sacer-
dotiū reuersus ad parētes suos. conuertit eos ad
fidē christi & baptizauit relictisq; eis recessit. Cui
in itinere dormienti apparuit angelus dicens. ut re-
uerteretur thessalonicā. & ydola daciani signo cru-
cis ibi contereret. eiusq; filiā cleopatromā a demo-
nio liberarē. Qd̄ & factū est. baptizauitq; eam cū
ceteris hominibus. Illa vō de suo patrimonio mi-
sit duo candelabra beato petro. & alia utensilia. p̄
beatū bñdictū episcopū. & p̄ sanctum inuen-
tium. Quib⁹ romam euntib⁹ cū deficeret victus
exiuit de mari piscis magnus. & in litore stetit.
qui captus ab eis. p̄ totā hebdomadā ad victum
sufficit. huic sancto inuēcio abstulit aliquādo qui-
dā miles raptor cū socijs suis vestimentū suū de
quo factū est tale miraculū. Nunq̄ venundari po-
tuit. & vbiq; in nocte erat. ibi de claritate ipsi-
us magna lux erat. Cū autē in asia rex quidā rictio-
narius surgēs contra christianos exardesceret. &
secū deferēs nazareth deū suū romanas pres vasta-
ret. dū ess⁹ in longobardia. longobardis nimis tim-
tibus tulit p̄fatus miles vestimentū illud ad eccle-
siam beati petri. Quo cū veniss⁹ rictionarius factō
de celo magno tonitruo. et ignitis cathapultis vo-
lancibus interfectus est cū omni exercitu suo. Et
hoc factū est post. xxx. annos postq̄ idē vestimen-
tū sancto fuerat ablatū. Abstulerat autē idē miles
ridē sancto cū illo vestimēto quasā reliquias de
sancta cruce. & de sancto bartholomeo. Vixit q;.
beatus inuentio vsq; ad tempus sancti hilarij pi-
ctauensis. cui de exilio reuertēti obuiam pictauis
iuit. a quo etiam castellum grauionē petijt. ad ma-
nendū cū socijs & accepit. hic aliquando in sex la-
trones incidit. quoz primus arrepto gladio ut eū
pimeret semetipsum transuerberauit. secundus ad-
querum se suspēdit. iij⁹. a demonio arrept⁹ expi-
rauit quart⁹ oculos amisit quint⁹ rabie plen⁹ ma-
nus suas & brachia dentibus lacerauit sextus ad
mare currens in mare se precipitauit. Mortuus est
autē annorum. cxx. idus ianuarij apud grauionē ca-
strum. In martirilogio tamen dicitur vernaco san-
cti inuentij confessoris. forte illuc d̄ grauione tras-
latus est. Sepeliuitq; eū beatus maxencius abbas.
Cui etiā reuelatum est. q̄ dum sanctus michael

animam eius deferret in celum. occurrerunt demones dicentes. hic homo noster. est qz p fugam timidus martirij coronam amisit. cu scriptu sit beatus vir qui suffert temptatione etc. **C.**

De sancto florentio confessore.

Floruit etia eo tempore beatus confessor christi florentius. Qui quondam post beati florentiani martiris discessum. de quo superius sub diocleciani tempore dictu est. angelo reuelante comonitus cum ad gallias pergeret venit ad portum fluuij rodani qui dicitur lugdanum. inuenit qz nauem sine gubernatore. Erat enim fracta vndiqz. Volens igitur ad missam quantocius festinare erat enim dies dominicus. Intrauit in eam. et facto signo crucis ait. deduc me domine in voluntate tua moxqz sine gubernatore flume transmeauit. Angelus quippe domini eum custodiuit. & cum ad ripam venisset inuenit ibi hominem demonio vexatum. & ob hoc ab alijs vincitu. & fraterno dolore tactus orationi incumbens. expulso demone hominem sanauit. multa quoqz alia miracula per eum in itinere dominus ostendit. Angelus autem quo duce iter agebat. beato martino tironensi antistiti aduentum eius ad se reuelauit. eiqz faciem eius ostendens. vt eum in ordine sacerdotali constitueret precepit. Itaqz beatus martinus gaudenter suscipiens. multu eum dilexit & die congruo sacerdotem ordinauit. In quo ordine degens dominu assiduus precibus exorauit. vt ei locum ostenderet quo habitare deberet. Quod & fecit dominus. Perrexit itaqz iuxta reuelatione sibi factam. ad locum appe ligenim. cui nome erat glonna. in quo spelunca erat. & ibi serpentes multi. quos de loco illo vir sanctus oratione fugauit. ibiqz oraculum in honore sancti petri & aliorum sanctorum plurimorum fecit. habebat autem consuetudine. ut quo libet anno tironis orandi gratia veniret. cumqz ex consuetudine illuc ad orationem pergeret. venit ad locum qui dicitur codata. vbi flume transire volens inuenit in portu mulierem ceca sedente & plorantem. Interrogata quid haberet ait. Domine vnice filius meus qui michi cece via prebebat. Iam tercius dies est ex quo in aqua mersus est. & nemo eum inuenire potuit. qui michi saltem sepeliendum redderet. Tunc sancto genuflexo oranti ait angelus domini florenti. Ille de quo rogas non est mortuus. sed viuus moxqz locu vbi ille erat ostendit. Tunc piscatores iubente sancto iactantes illic retia sua statim inueniunt eum. que sanctus deo gratias agens matri sue reddidit. Ipsa quoqz per eiusdem sancti oratione in eodem loco lumine recipere meruit. Vixit autem sanctus florentius postquam a beato florentio separatus est annis lxxiii. Cumqz vixisset. c. xxiii. annis. x. kl. octobris migravit ad dominum. Post cuius etiam obitu multas virtutes in loco requiescentis eius operatus est dominus per eum. **C.**

De parricida

Parricida a ferreis nexibus soluto. Anterioris francie partibus olim inoleuit mos. vt si quis propinquorem sibi pentem iugulasset decerneret pontifice ex ipso gladio ferrei nexus fierent qui collum peccatoris & ventres & brachia stricte innecterent. sicqz de propria patria pulsus. donec eadem vincula solui preperet. primum rome. de hinc per diuersa loca sanctorum veniam postulando peregrinaret. Hac sententia quidam clericus qui auunculus suu necauerat. a traianensium episcopo damnatus erat. iamqz diuersa sanctorum loca lustrauerat. Cum ad monasterium sancti florentij diuina reue-

lacione puenit. In ipsa vero nocte dum fratres officium nocturnale pagerent. ille retro secus cancellos consistens se paululum sopori indulserat. & ecce subito per visum ei candidissima auis apparuit. a tumulo sancti progrediens. brachijs suis infedisse. ipsosqz ferreos nexes quasi cum impetu magno percussisset. Qui illico expugnatus voces deterrimas emisit clamoris. ita vt chorum etiam psallentiu interumperet omnesqz astantes nimioqz terrore attonitos redderet. Statimqz vt oculos qui somno oppellus aperuit. auis predicta nusquam comparuit. Sed illi ferrei nexes ad tactum eius inuisibilem cum impetu magno tam valide crepuerunt vt longius resilietes in crastinum vix inueniri possent. Ipse autem pauore solutus in terram corruit. sicqz prostratus donec confumeretur officium. quasi amens permansit. In crastino autem omnibus hoc factum mirantibus ille ex ordine causas culpe sue & nexionis ostendit. **C.**

De quibusdam incidentibus & de criminibus constantini. Actor.

Constantinus quoqz constantini iuxta hieronimum. arnobius rethor in affrica claruit. in antiochia domiciliu quod vocatur areum edificari cepit. inuentus presbiter natione hispanus. euangelia heroicis versibus explicauit. pestilentia & fame innumerabilis multitudo in syria siciliaqz perijt. porphirius missus ad constantinu insigni volumine ab exilio liberatus est. hic porphirius primo gentilis. deinde christianus rursus apostotauit. Nam in cesarea palestine a quibusdam christianis cesus. iracundiam non ferens christianitate deseruit sicut eum eusebius redarguit. cuius eius verba destruxit. hic enim porphirius contra nos scripsit. Cui respondunt eusebius & appolinaris. Sed augustinus in libro de ciuitate dei. fortius ceteris. qui etiam vocat eum phorum doctissimum sed christianorum acerrimum inimicum. Ipse quoqz constantinus vt dicit hieronimus cum libris suis honorificas ad anthonium literas direxit. Crispum autem filium suum interfecit crudelissime. & uxorem suam faustam. Extrinseco autem tempore vite sue ab eusebio nichomedie episcopo baptizatus. in arrianum dogma declinauit. a quo inquit vsqz in presens tempus ecclesiarum rapine. & totius orbis discordia secuta est. at his verbis hieronimi manifeste tradidit liber de actibus sancti siluestri. si forte bis baptizatus sit constantinus persuasus ab eusebio nichomedensi episcopo. factionis arriane signifero. & eidem constantino valde familiari. Mirandum quoqz est valde quomodo inuentionem sancte crucis hieronimus inronicis suis annotare vel noluit vel relegit. que tamen causa celebris fuit. ceterum cur constantinus uxorem suam & filium iuxta hieronimum interfecit. huiusmodi nunquam facinoris horrendi causam inuenire potui. Sed hoc & alia constantini facinora. ceteri historiographi dissimulant ac silentio tegunt.

Actus dicitur lib' fuit